



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CVIII. De Desolatione Castri Girdawie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

tum & intrantes dictum territorium Rinovv omnes viros interfecerunt mulieres & parvulos cum omni ipsorum substantia deducentes, sicque iterato quievit in pace terra Sambia sicut prius.

CAP. CVII.

De

*Ædificatione Castrorum Tapiaw, &
Loctete in terra Sambia.*

INfra Apostasiam secundam Castrum (a) Tapiavv, quod Prutheni nominant sugarbi & in successu temporis Castrū, Wiklantfort, quod dicitur nunc Loctete, à nomine cujusdam Sambita, dicti Lauctiete, qui ibidem morabatur, ædificaverant, munientes ea, ut facilius compescerent malitiam Sambitarum.

ANIMADVERSIO.

(a) Auctor Chron. Latine sub Frid. Mag. scripti arces Tapiavv & Loctete dicit ab Henrico de Wida Magistro Provinciali tertio exstructas esse. Sed Dusburgio ut antiquiori fides habenda est.

CAP. CVIII.

De

Desolatione Castri Girdawie.

HOC tempore quidam dictus Girdavv, cujus progenies adhuc dicitur Rendalia, Zelator fidei & fidelium, habuit in terra Bartheni castrum dictum à nomine suo Girdavv. Hic post multa bella & impugnationes, quas à compatriotis suis apostatis sustinuit, dum omninò deficeret ei victus, combusto Castro cum omni domo & familia sua ad fratres de Kunnigsberg repedavit.

CAP.